

# LEGES NOVELLAE

AD THEODOSIANVM

PERTINENTES

EDIDIT

ADIVTORE TH. MOMMSENO

PAVLVS M. MEYER

---

BEROLINI  
APVD WEIDMANNOS  
MDCCCCV

# CONSPECTVS OPERIS

|   | pag.   |
|---|--------|
| <i>Conspectus subsidiorum et explicatio signorum . . . . .</i>  | VI     |
| <b>PROLEGOMENA IN LEGES NOVELLAS AD THEODOSIANVM PER-</b>   |        |
| <b>TINENTES</b>   |        |
| Cap. I. <i>De singulis legum novellarum syllogis . . . . .</i>  | XI     |
| Cap. II. <i>Codices corporis Maioriani (primae syllogue) . . . . .</i>  | XXV    |
| Cap. III. <i>Codices Breviarii (alterius syllogae) . . . . .</i>  | XXXI   |
| Cap. IV. <i>Codices tertiae syllogae . . . . .</i>  | XLIII  |
| Cap. V. <i>Excerpta. Breviarii epitomae. Varia . . . . .</i>  | LV     |
| I. <i>Ex syllogis Orientalibus excerpta . . . . .</i>   |        |
| II. <i>Ex syllogis Occidentalibus excerpta . . . . .</i>  |        |
| III. <i>Breviarii Alariciani epitomae . . . . .</i>   | LXI    |
| IV. <i>Breviarii minora . . . . .</i>   | LXIII  |
| V. <i>Libri latentes vel deperditi . . . . .</i>  |        |
| Cap. VI. <i>Legum novellarum editiones et apparatus . . . . .</i>   | LXV    |
| Cap. VII. <i>Crisis legum novellarum . . . . .</i>  | LXXVII |
| A. <i>Leges novellae Theodosii II. Valentiniani III. Maioriani (1—6) . . . . .</i>                                      |        |
| B. <i>Leges novellae Marciani et reliqua per Alaricianos solos servata . . . . .</i>                                    |        |
| C. <i>Leges novellae Anthemii . . . . .</i>   | XC     |
| Cap. VIII. <i>Constitutionum acceptores et tempora locique . . . . .</i>  | XCI    |
| I. <i>Constitutionum acceptores . . . . .</i>   |        |
| II. <i>Constitutionum tempora et loci . . . . .</i>   | XCVI   |
| <hr/>   |        |
| I. <i>CORPVS LEGVM NOVELLARVM THEODOSII II. VALENTINIANI III. MAIORIANI IN OCCIDENTE A MAIORIANO CONDITVM . . . . .</i> | 1      |
| II. <i>LEGVM NOVELLARVM MARCIANI IN ORIENTE PROMVLGATA-RVM QVAE IN BREVIARIVM ALARICIANVM RECEPTAE SVNT . . . . .</i>   | 179    |
| III. <i>AVCTARIVM LEGES NOVELLAS EXTRAVAGANTES CONTINENS SEVERI ET ANTHEMII . . . . .</i>                               | 197    |
| <hr/>   |        |
| Index titulorum . . . . .   | 209    |
| Corrigenda et Addenda ad vol. I et II . . . . .   | 213    |

III.

AVCTARIVM  
LEGES NOVELLAS EXTRAVAGANTES  
CONTINENS  
SEVERI ET ANTHEMII.

---

## TITVLI LEGVM NOVELLARVM DIVI ANTHEMII A.

*De apparatu conferas quae diximus p. 1.*

I. De mulieribus quae servis propriis vel libertis se iunxerunt et de naturalibus filiis.

i om. O<sup>E</sup> cum Cui. ed. 1      quae] qui ~~A~~, quae se O<sup>E</sup> cum Pithoeo filio      uel (aut Cui. ed. 1) libertis om. O      se iunxerunt] Fuld. cum Cui. ed. 1, iunxerunt \*A, coniunxerunt O<sup>E</sup>, coniuncxerint ~~A~~      et de nat. fil.] A, om. Fuld. \*A<sup>E</sup> cum Cui. ed. 1

II. De confirmatione legis d(omi)ni Leonis A.

ii om. O<sup>E</sup> cum Cui. ed. 1      confirmationem ~~A~~      legis] sic scribendum, legum libri      d(omi)ni] \*A, domini Fuld., d. Cui. ed. 1, diui ~~A~~, om. O      a. om. Fuld. ~~A~~

III. De bonis vacantibus.

iii om. O<sup>E</sup> cum Cui. ed. 1

---

Fuld. \*A (a Pithoeo filio recensitus) O<sup>E</sup> Cui. ed. 1

## LIBER LEGVM NOVELLARVM DIVI ANTHEMII A.

### I. DE MVLIERIBVS QVAE SERVIS PROPRIIS VEL LIBERTIS SE IVNXERVNT ET DE NATVRALIBVS FILIIS.

*rubicam om. O (context.)      i om. ~~A~~      quae] Fuld., qui ~~A~~, quae se A (context.)      uel libertis (-ti ~~A~~ [context.]) om. A (context.)      se iunxerunt] Fuld., iunxerunt A~~A~~ (context.)      et de nat. fil.] A~~A~~ (context.), om. Fuld.*

Nov. I (468 Febr. 21).

IMPP. LEO ET ANTHEMIUS AA. LVPERCIANO P(RAEFFECTO) P(RAETORI)o. Humano generi et fluctuantibus rebus mortalium una post deum ratione consultitur, si adversorum ingruentium procellis occurrat saepius nostra serenitas. Nec dubium est inminui materiam con-

---

1 imp ~~A~~      antimius ~~A~~      liperciano ~~A~~      ppo]      rationem ~~A~~      2/3 ingruentium] O Pithoeus,  
~~A~~, ppo A, preposito O      2 fluctuantibus ~~A~~      ingentium ~~A~~ Pithoeus, ingenium A      3 inminui  
unam ~~A~~      deum] O Pithoeus, domini ~~A~~      2 Pithoeus, minuti O, immuni A      materia A~~A~~

versationis humanae, nisi conponat providum regentis imperium quidquid per se non potest impetrare mortalitas: eritque ita magis florida ac tranquilla civilitas, si circa in provisos hominum casus excubet circumspecti principis favor. Iulia quaedam preces nostris fundit altaribus adstruens cum eo sibi matrimonium contigisse, qui familiae quidem suae servus extiterit, sed libertatem morum claritate meruerit, exoratque nostri numinis maiestatem, ne sibi noceat, quod venerabilis sanctio Constantini dominam servorum suorum complexibus inflammari districtissimo rigore non patitur: incongruum quippe existimans in suo casu de servorum coniunctionibus constituta tractari, cum ipsa non servo nupserit, sed liberto; praecipue nuptias suas in culpam venire non posse, quod de libertorum consortiis prohibendis evidens . . . . nihilominus aestimari quidquid antehac lex ulla non vetuit. Geminatam igitur causam huiusmodi casibus consulendi repperit nostra serenitas, ut nec confirmatio subtrahatur de suscepto quasi errore nutantibus et honeste ac probabiliter constituta sine aliqua deinceps ambiguitate serventur. Primum igitur edictali decernimus sanctione, ut matrimonia, si quae usque ad secundum numinis nostri consulatum similia probabuntur inisse coniugia, legitima firmitate non careant, sed hanc quoque munificentiam nostrorum fascium securitati sua adfuisse laetentur, ut, si quae sunt feminae, quae pro nobilitate natalium de eiusmodi forsitan consortio quicquam verentur, superfluum pondus iniusti timoris abiciant nec se non licito quasi fecisse formident, quae nulla nunc usque ad liquidum iura vetuerunt: ita ut cum libertis suis iustas nuptias contraxisse videantur natique et nascendi ex his liberi nullam umquam de parentum suorum coniunctione sustineant quaestionem, sed matris ac patris hereditatem legum more percipient. Ipsi quoque, inter quos huiusmodi est contractus societas, testandi inter se invicem vel succedendi sibi iuxta formam iuris licentiam non amittant neque quicquam matrimonii gratia a ceteris discrepare credantur, de quibus ante hanc nostri numinis sanctionem nihil legum scita praescripserint. Et re vera principalis gratiae est eruere sui casibus suspicaces mortalium mentes, ne sibi non licuisse, quod nemo prohibuerat, arbitrentur, universorum quoque notitiam evidenter instruere, ne sibi fas esse quiesquam existimet, quod fas esse non patimur. Ex hoc ergo nostrae clementiae consulatu deorem publicum augere cupientes cum servis et libertis dominas et patronas ineundi matrimonia facultatem habere prohibemus, ne insignium familiarum clara nobilitas indigni consortii foeditate vilescat et, quod splendore forsitan senatoriae generositatis obtinuit, contractu vilissimae societatis amittat aut nudo tantum ingenuae libertatis fulgere

4 prouidum] O, prouidendum A, prouidentes Z, prouidentis Pithoeus regentis] O Pithoeus, regentes A 5 impetrare] O, imperare A 5/6 inprouisos] Seck, inprouidos O, inprouidus Z, prouidos A 6 cassus Z, praecis Z 7 nostris] O O, meus Z, meis Pithoeus adstrues Z contegissae A 8 extetiret Z claritatem A exoratque] O, exorat quoque A nostris Z numinis] O Pithoeus, nominis A, nomines Z 9 magistatem Z sanctio] scil. Theod. 9, 9 = Iust. 9, 11; cf. etiam Theod. 4, 12, 1, 3 constantini dominam (-na A)) constat in d(omi)no Z 11 existimat O constituta om. O 12 suas om. Z culpa A de om. Z 13 euidens nihilominus A, euidens nihil omnino Pithoeus, euidens sanctio nulla processit licitum ergo O conjectura omnino. Eacidisse quaedam certum est; fortasse scrib.: euidens [sanctio nulla processerit nam nihil ominosum estimare Z antehac] scriptissimus, ante hoc libri 14 ulla non nulla O uetuit] O Z Pithoeus, uenit A geminatum A consolendi Z 15 suspecto O notantibus Z 16 honesta Z ambiguitatem Z 17 sancctionem Z matrimonia si] Seck, matrimonium A, in matrimonia O 17/18 secundum numinis nostri (nominis[-es Z]n.

A, n. nominis O) consulatum] scilicet nostrae constitutionis a. 468 18 in hisse A legitimam Z firmatam Z, firmate A 19 nostro Z securitatis A, securitates Z adfuisse laetentur (letantur A)] l. a. O 20 femie A nubilitatem Z forsitan om. O quiquam Z 21 tim. iniusti pondus O quasi om. O: fortasse recte quae] O, ut A 22 usque nunc O 22/23 contraxisse nuptias O 23 uideatur Z nascendi] nascitur O 24 coniunctionem A quescionem Z patr. ac matr. O 25 contractus] A, contracta O inter] O Pithoeus, in A 26 inuicem uel] et inuicem O succidendi Z iuxtam Z admittant Z 27 credantur] A, uideantur O nominis A, nomines Z 28 legum om. Z praescripserint] A, prescripserit Z 29 suspicacio A non om. A prohibit O 30 fas esse] O Pithoeus, fas esset A, fases esset Z 31 existimet quod] O Pithoeus, existimet (-me Z) ut A clementiae nostrae O 32 augere] O Pithoeus, agere A cupientis Z et] sit Z inuende Z 33 insigaum Z 34 consocii Z Pithoeus fooditatem Z ualiscat Z 35 nude tantum] O, nude tanto tum A

perspicuum genus in femina impudentior complexus inminuat: ea sine dubio cautione valitura, ut de consortiis servorum perpeti firmitate servetur quidquid divus Constantinus 3 venerabi sanctione constituit. Circa eas vero, quae in libertorum suorum abhinc vota convererint, custodiri in aeternum duratura lege sancimus, ut coniunctio vetita ne nomen quidem matrimonii sortiatur, sed ad inlicita consortia execrabiliter adspirantes publicatione omnium facultatum et perpetua deportatione plectantur: his, qui ex huiusmodi societate nascuntur, non solum iure, sed et vocabulo liberorum privandis, servili quoque condicioni probabiliter addicendis, ita ut in his dominium sibi noster fiscus usurpet.

4 De coniunctionibus sane ancillarum et libertarum nec non de naturalibus liberis quo-  
quomodo procreatis procreandis inter omnes decernimus custodiri, quod divisorum retro 45 principum saluberrima constituta sanxerunt, Luperciane p(arens) k(arissime) a(tque) a(man-  
5 tissime). Inl(ustris) igitur et praecelsa magnificentia tua saluberrimam sanctionem ad omnium notitiam pervenire edictorum divulgatione praecipiat, ne cui supersit ignoratio-  
nis auxilium, quominus caute quae sunt decreta serventur. DAT. X KAL. MART. ROMAE D. N.  
ANTHEMIO A. CONS. ACCEP(TA) ID. MART. ROMAE IPSO A. CONS.

40 45 50

*AOE Fuld. (incipit 39 nomen, finit 43 usurpet) — L. VISIGOTH. 3, 2, 2 [ad §§ 2. 3].*

36 perspicuum] O, prespicuum *A* in femina] *A*, femineae *O* [impudentior] *O* *Pithoeus*, inprudentior *A* inminuat] *O* *Pithoeus*, inmineat *A* cautionem *A* 37 consortii *A* perpetui] *O* *Pithoeus*, perpetum *A*, perpetua *Pithoeus* firmatatem *A* 38 uenerabilis sanctionem *A*; vide ad v. 9 suorum abhinc uota] *sic O*, suorum uota *A*, uo uata *A* 39 conuenerint] *O*, conuerterit *A*, conuerterint *Pithoeus* uetati *A* 40 matrimuniae *Fuld.* ad om. *Fuld.* inlicita *A* adsperantes *Fuld.* 40/41 publicatione] *O* *Pithoeus*, pub(-p *Fuld.*)licatio *A* *Fuld.*, populi-  
catio *A* 41 et perpetua] perpetua *Fuld.* deportationem *A* lectantur *Fuld.* huius modio *Fuld.* 42 vocabulum *A* libertorum *Fuld.* priuatis *Fuld.* seruallis *Fuld.* quoque . . . 43 dominium om. *Fuld.* 43 con-

ditione *A*, conditionem *A* probabiliter om. *O* sibi om. *O* usurpet *Fuld.* 44 liberis] *A*, filii *O* 44/45 quoquomodo] quomodo *A* 45 procreandisue *A* inter omnes (-nis *A*) om. *O* discernimus *A* 45/46 diu. r. pr. saluberrima (salubrina *A*) constituta] cf. Theod. tit. 4, 6 46 pkaa] *O*, pkaaa *A*, pka *A* 47 inl] n̄ *A*, illustra *A*, illustris *O* praecelsa (-sus *A*) magnificentia tua] pmt *O* salubrim *A* 48 noticia *A* deuulgatione *A*, deuulgationem *A* 49 caute] *O* *Pithoeus*, cauta *A*, cuncta *Pithoeus* 49/50 dat. x (xiii *O*) k. mart. rom. dn. (*sic A*, dno *A*, d. *O*) anthemio (anthemio *A*) a. (ii non habent libri; cf. v. 17; nov. Anthem. 3, 54) cons. acc. (acep̄ *A*, accepta *A*) id. mart. (apr. *O*) rom. (om. *O*) ipso a. cons. libri

## II. DE CONFIRMATIONE LEGIS D. N. LEONIS A.

confirmationem *A* legis] *sic scrib.*: vide vv. 4. 7, legum libri dn.] *A*  
(context.), dn̄i \**A* (context.), domni *Fuld.*, diui *A* (lat.) Σ(lat.) *A* (lat.),  
om. *O* a. om. Σ(lat.) *A* *Fuld.*

Nov. II (468 Mart. 19).

IMPP. LEO ET ANTHEMIUS AA. LVPERCIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ad consultationem clementiae nostrae dominus et pater meus princeps sacratissimus Leo super his, quae indulgentia principalis in diversos iam contulit vel processu temporis largietur, certum huius legis venerabi sanctione constituit, quod sub sacris suae perennitatis apicibus ad nostram quoque scientiam destinavit; quoniamque mundanis compendiis proficit, ut circa regendum utrumque orbem id praecipue custodiendum credamus, quod deliberatio com-

5

1 impp. leo et anthemius (anthemius *A*)] idem *O* luperciano] *A*, eidem lupertiano *O* ppo] *A*, pspo *A*, preposito *O* consolationem 40<sup>a</sup> *A* *O* dominus *O* 3 diuersus *A* contullit *A* processo *A* 4 huius legis uenerabili sanctione] *O*, huius uenerabilis sanctione

(-nem *A*) *A*, ius uenerabili sanctione *Pithoeus*; scil. nov. Anthem. 3; cf. v. 7 5 scientiam] *O*<sup>b</sup>, sententiam *A*<sup>a</sup>, serenitatem *Pithoeus* quoniamque] *A* *Pithoeus*, et quoniam *O*, quumque *A* 6 liberatio *A*<sup>a</sup> 6/7 communes *A*

munis elegerit, legem defaecatam libenter amplexi, quo ad omnes tam saluberrima constituta perveniant, sub hac pragmatica iussione ad amplitudinem tuam censumus diri-  
1 gendam, Luperciane p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Inlustris igitur et praecelsa magnificentia tua venerabilia constituta propositis divulgabit edictis, ut nullius praetereat notionem, quod in aeternum valere serenitas nostra decrevit. DAT. SVB DIE 10  
XIII KAL. APRIL. ROMAE D. N. ANTHEMIO A. CONS. ACTVM SVB DIE EODEM.

*AOE Fuld. (incipit 9 igitur, finit 11 decreuit)*

7 legem defaecatam (*sic O, defectam A, direc-tam E Pithoeus*) vide ad nov. Anthem. 3, 1 amplexi] complexi E quo ad A, quod ad E, ut ad O omnis E salubrissimam E 8 iussionem E complitudinem E 8/9 diri-ganda E, dirigenda E 9 pkaa O, pka AE inlustris] O Pithoeus, int uir E, inlustra A 9/10 et (om. Fuld.) praecelsa magnificentia

(-am E) tua (-am E) pmt O 10 uenerabilia constituta] scil. nov. Anthemii 2 et 3 prepo-sitis Fuld. deuulgavit AE, deuulgat Fuld. ut nullius] O, ut nullum Fuld., nullius AE, ne ullius Pithoeus 11 notionem] O Pithoeus, nocione Fuld., notionem A, noti non E in aeternum] digna eterna Fuld. 12 dn] dno A, dit E, d. O anthimio E a. (om. O) cons.] cf. ad nov. Anthem. 1, 50

### III. DE BONIS VACANTIBVS.

iii om. O<sup>E</sup> (lat.)

Nov. III (468 Mart. 19).

IMPP. LEO ET ANTHEMIUS AA. Imperatoriae maiestatis est ex praesentibus causis etiam futuris providere temporibus et reserata ambiguitate sequenda decernere. Nam cunctorum census vocatur in dubium, si per licentiam principalem iura dominorum suam non habeant firmitatem. Itaque nos, quibus totius mundi regimen commisit superna provisio, et iuris regulam et aequitatis rationem volumus custodiri. Pius ac triumphator semper Augustus filius noster Anthemius, licet divina maiestas et nostra creatio pietati eius plenam imperii commiserit potestatem, tamen prudenti et cauta, qua pollet, aequitate per sacros adfatus nos creditit consulendos adserens in Italiae partibus multa exorta negotia ex donationibus, quas de alienis rebus principes contra legum cauta fecere. Nam ut quisque vel meruit vel precatus est, de imperatoria veluti largitate plurima et magna detentat; 5 emergunt autem personae, quae plerumque praedia vel res aliquas sui iuris adserant esse, quae ex principiis munificentia diversi inlicito titulo quaequierunt. Nam saepe ea, quae caduca dicebantur et donata sunt, consanguineus eius, qui sine herede putabatur, emergens reposcit; vel de captivitate liberati iure postliminii, quae sua vel propinquorum fuerant et aliis a principe concessa sunt, reddi sibi iure desiderant adstruentes secundum 10 sacratissimas constitutiones legitimum sibi auxilium suffragari. Et cum res aliqua vindi-

1 impp. leo et (leo et om. E) anthemius (an-thimius E) aa.] sic AE, idem augusti (add. in margine hanc legem fecit leo) eidem preposito O. Constitutionem a Leone consultana Anthemio (cf. nov. Anthem. 2, 1; 3, 8, 27), cui Occiden-talis imperii potestatem commisera (cf. 3, 6 sq.), missam hic pragmaticae ipsius iussioni (= nov. Anthem. 2) ad Lupercianum praefectum praetorio directae subiunxit (cf. 2, 8 sq.). Quod igitur in libris AE post imperatores magistratus, cui lex detur, nullus appellatur, probandum est neque obstat nomen Luperciani 3, 51 occurrentis. Nam Leonis constitutionem (finientem 3, 44 subsecutum) additamento (inde a 3, 44) auctam eodemque auge alteram novellam die Romae pro-mulgatam (cf. 2, 11 sq.; 3, 54) Anthemius, ut iam nov. 2, 9 sqq. praeceperat, Lupercianum edictis propositis uidet divulgare magistratus E

2 reserata] O Pithoeus, reserta E, reservata A ambiguitatem E decernire E, discernere A 4 iures E 5 triumphatur E 6 an-thimius liet E magistatis E nostra creatio] cf. locos a Seeckio allatos apud Pauly-Wissowa I, 2368 7 cautam quam E adfatos A, adfatos E 8 nos crediti] O, non crededit E, om. A, nos censuit Pithoeus 9 principis AE fecere] O Pithoeus, facere AE ut om. E 10 meruit] O, meruerit AE imperaturia E, imprelatoria A largitatem E detentat] O, detentat A, detant E 12 diuerso E 13 putabatur] deputabatur E 14 iure] AO om. E postliminium E 15 adstruentes] asserentes O 16 constitutionis E; cf. Theod. 5, 7, 1 suffragare E et cum] scriptimus, uel cum libri, uelut cum Pithoeus

catur a poesessore, cui domus venerabilis aut donatione contulit aut venditione vel commutatione aut ultima voluntate transfudit quam scilicet iniuste aut minus idonee e contractu forsitan possidebat: utrum iure communi, quod petitor probavit suum, recipiet an praeter leges, quibus omnes utuntur, circa donationem regiam pronuntiadum erit, ut factum principis vel in aliena re donata aut vendita conprobetur? Nam cum de huiusmodi controversiis ab amplissimis cognitoribus tractaretur, proleta est constitutio de codice Theodosiano sub titulo 'de bonis vacantibus', qua divus Constantinus cavit, ut, si rem, quam princeps donavit, suam quisque potuerit adprobare, non eam recipiat, sed eo, cui donata est, firmiter possidente princeps petitori extrinsecus qua voluerit ratione succurrat. Haec cum nostris insinuantur sensibus, relectis gestis, quae ad nos a filio nostro serenissimo principe sub predicta consultatione directa sunt habita inter procuratores Dominae et Fortunati inlustrium personarum, serenitas nostra, cui cordi est in dies singulos consultio tractatu et meliore deliberatione generi humano prospicere, satis putavit incongruum, ut tanta rebus negotiisque confusio vel iniquitas innectatur et unicuique suis uti non liceat neque pro suorum defensione legitimum habere tutamen, sed in arbitrio sit forte subripiens facilis et iniusta nonnumquam regiae donationis auctoritas et ut aliis iusta possessione fraudatis alii liberalitate iniusta ditentur, cum et ipse titulus supradictae constitutionis, unde consulta est nostra clementia, de vacantibus tantum, non de omnibus bonis atque substantiis evidenter loquatur. Hac igitur in perpetuum valitura lege sancimus, ut, si quidem de bonis re vera vacantibus imperator aliquid pro sua liberalitate donaverit, hoc perpetuam obtineat firmitatem et nemo calumniam patiatur de re, quam principalis in eum liberalitas iure contulerit: sin autem aliquis rem suam, sive tamquam vacantem sive alio quolibet titulo donatam, cupit repetrere eamque sui iuria esse vel ad se devolutam ex legitima successione monstraverit, communi legum fruatur auxilio nec ex ulla, licet imperiali, donatione seu commutatione vel ex aliqua cuiuslibet contractus specie contra generale praesidium omnino laedatur, sive etiam a retro principum aliquo beneficium adserat sibi esse delatum, sive post aliquid tale fuerit 2 subsecutum. Hanc igitur constitutionem in causa etiam Dominae et Fortunati inlustrium personarum, quae huic legi praestitit occasionem, valere praecipimus, ut communi iure Cesiana massa, de qua quaeritur, predictae Dominae inl(ustri) feminae restituatur. Neque enim aliud imperatoriai maiestati, cui semper debet aequitas inhaerere

17 possessorum *E* cui om. *O* aut donatione *A*, ad donationem *E*, quam aut donatione *O*; fortasse scrib. eam aut donatione contulit *E* 17/18 uinditionem vel commutationem *E* 18 ultimam *E* transfudit] fortasse scrib. quis transfudit quam scilicet] *A* *O*, scilicet quam *E* *Pithoeus* 18/19 idonee e (scriptimus, om. libri) contracte (sic *O*, contractum *E*, contractam *Pithoeus*) forsitan possi(-e *E*)-debat utrum iure communi quod om. *A* 19 petitur *A* recipiat *O* an] *O* *Pithoeus*, hanc *A* 20 omnis *E* regia pronuntiatum *E* 21 principes *E* in] *O* *E*, om. *A* 22 probata *A* 22/23 constitutio de cod. theodosiano (-dosini *Fuld.*) sub titulo (-i *Fuld.*) de b. uac(-g *Fuld.* antibus] scilicet *Theod.* 10, 8, 8 23 qua] *Pithoeus*, quam *O*, que *A* *Fuld.* constantinos *E* cauit] *O*, cauet *A* *Fuld.* 24 quisque] *A* *O*, qui *Fuld.*, quisquam *Pithoeus* 25 possedens *Fuld.* petitore *Fuld.* ratione] et r. *Fuld.* 26 relicitis *A* ad] adque *E* 27 consultationem *E* habita *A* *O* *E*, habitis *Pithoeus*: recte fortasse 28 dominas] *A*, dominas *O* 29 tractatum *E* hum. gen. *O* 30 tanta] *O* *Pithoeus*, tanti *A*, tanto *E* 31 neque] *O*, nec *A* defensionem *E* tutamen] *A*, certamen *O* 32 forte om. *O*

subripiens *A*; cf. nov. *Maiorian.* 4, 16 iniusta (-am *E*) nonnumquam] nonn. ini. *O* regiae om. *O* 33 possessionem *E* alii] *O* *E*, alii *A*, ab aliis *Pithoeus* iniusta] *O* *Pithoeus*, iniusta *A* ditentur] *O*, detentur *E*, detinatur *A*, detineatur *Pithoeus* 34 supradictae] *O*, supra predictae *A* clementiam *E* 35 substantiae *E* hanc *Fuld.* 36 ualitudo] ualleterad *Fuld.* legi *Fuld.* de bonis post re uera *O* re uera] seuera *E* imperator *A*, inpre *Fuld.* 37 liberalitatem *E*, libertatem *Fuld.* hoc (ho *Fuld.*) perpetuam (-tuu *A*) obtineat (obtinet *A* *Fuld.*, obtinet *E*) firmitatem om. *O* calumnia *E* 38 iure om. *O* sin] si *A* 39 cupiet *E* 40 iure *E* deuolutam] *A*, deuolutam *E*, deuolutam esse *O* legimi successione] *E* commini *E* 41 nec ex] nec *E* ulla] scriptimus, illa libri imperiale donationem seu commutationem *E* aliquam *E* 42/43 a retro principum aliquo] scriptimus, a retro principum ob hoc *A*, ob hoc retro principum *O*, a retro principibus hoc *Pithoeus* 43 sibi asserat *O* 44 etiam in causa *O* dominas libri 45 quae h. legi (-ge *E*) pr. occasionem om. *O* praecipimus *E* 46 cessiana *E* queretur *E* dominas libri inl] *E*, inlustre *A*, illustri *O*

et vigere iustitia, videtur adcommodum quam commune ius omnibus reservare subiectis et nihil amplius bonis licere principibus, nisi quod liceat privatis, et hanc liberalitatem praetendere, quae legibus et aequitate subnixa est, ut nemo se alienis et inlicitis ditatum 50 laetetur, nemo bonis propriis defeat esse se privatum, Luperciane p(arens) k(arissime) 3 a(tque) a(mantissime). Inlustris igitur et magnifica auctoritas tua, quae hac saluberrima lege serenitas nostra constituit, observari et ad omnium notitiam edictis ex more propositis iubeat pervenire. DAT. XIII KAL. APRIL. ROMAE D. N. ANTHEMIO P(ER)PETVO AVG. II CONS.

*AOE Fuld.* (22 prolat. .... 25/26 succurrat, 35 hac igitur .... 38 patiatur)

48 uidetur om. *X* communae *X* 50 ligitibus  
et equitatem *X* subnexa *A* ut] O Pithoeus,  
et *A* 51 propriis *A* esse se] *scriptimus*,  
eae libri lupercianos *X* 51/52 pka *A*  
52 hanc saluberimam *X* 53 et ad] ad *O*

53/54 positis *X* 54 dat. xiii (iii *X* Pi-  
thoeus) k. apr. rom. dn (dū *X*, d. *O*, domino *A*)  
anthemio (anthimio *X*) pp (sic *X* Pithoeus, om.  
*AO*) aug. (om. *O*) ii (secundo *O*) cons. libri